

eadem titulo; nam gratia Angelorum, & primorum parentum fuit ex merito Christi præcise per modum meriti consideratis, & imperationis; a gratia, & gloria hominum fuit ex merito Christi etiam per modum redemptionis, satisfactions, & præ-

492 Alud principium, ex quo deducuntur Scotiæ primæ sententiz, tenent nos ad eam amplectendam, est quia Christus, inquantum homo, non modo hominum, sed etiam Angelorum est caput. At capitis est vitæ influere in membra, ergo etiam mystici huius capitis est influere in homines, & Angelos vitam gratiæ, & gloriæ, quam quidem non poruit, inquantum homo, aliter quam mediante merito in eos influere. Cæterum neque hoc argumentum nos in eam compellit sententiam, nam in primis opus non est, caput in omnia membra vitam influere, cum etiam in corpore naturali sint quedam partes; que non vivunt, ut dentes, & ossa, sed factæ est, quod vitam, vel motum aliquem vicalem in eas influat, sic igitur in proposito, ut Christus dicatur caput mysticum, nedum hominum, sed Angelorum quoque, factus est, quod istis meritis influxum internæ illuminationis, & gloriæ, & gaudii duntaxat accidentalit, quod Angeli conceperunt de suarum restitratione, ad quas reparandas assumpti sunt homines per Christi meritum redempti, per quem interiore influxum illuminationis, & non tantum per eternam gubernationem, dicitur Christus verum, & proprium caput Angelorum, non autem per influxum alicuius gratiæ, vel gloriæ essentialit, sic enim SS. Patres, & Theologi præciserunt explicare solent in Christo analogiam capitis respectu Angelorum, quod etiam Scotus ipse inuiffe videtur 3. dist. 19. paræ. sed his sunt, ubi inquit merita Christi non fuisse causam summæ præmii, qualis est gloria, antequam essent actu exhibita, sed tantum gratiæ reconciliatiuæ, & remissionis peccatorum, quæ de causa inquit nulli hominum ante passionem Christi actu exhibitam concessum fuisse ingressum in Cælum, cum ergo Angeli ralem habuerint ingressum, & præmii humanitatis sint consecuti ante passionem Christi,

DISPUTATIO QUARTA DE SATISFACTIONE CHRISTI DOMINI.

QUÆSTIO PRIMA.

An primaria, & aduata causa incarnationis fuerit remedium, vel satisfactio pro peccato, an sit si Adam non peccasset Verbum non fuisse incarnatum.



Hæc est celeberrima Controversia inter omnes ad 3. partem vel 3 lib. sententiarum spectantes, in qua est sermo de causa finali incarnationis, & non est dubium, quin finis ipsius fuerit redemptio hominum à peccatis, siquidem ita habetur expressè in Symbolo Propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cælestibus, & in carne uenit. Et deinde dicitur: Sed sentit controversia est, an Deus de facto ita hunc finem habuerit, ut non decreverit incarnationem Verbi nisi propter illum, adeout si Adam non peccasset, Deus incarnationem non decreuisset: Ex quo constat quæstionem procedere de facto, & non de possibili, quia de possibili certum est Deum incarnari potuisse, Adam non peccante, & rursus procedere ex vi presentis decreti iam conditi, non autem alterius, quod fecisset, Adam non peccante, hoc enim cognosci non potest nisi diuinaudo: & Patres, ac Scripturæ de incarnatione Verbi loquentes semper de hoc mysterio loquuntur ex vi decreti iam conditi, quod Deus de facto habuit ad incarnandum; queritur ergo, an huiusmodi decretum iam conditum talem habeat cum peccato Adami connexionem, ut eo non peccante, Verbum non fuisse incarnatum, in quo sensu utilissima est quæstio, cum quarta propter primarum, & aduatum incarnationis motiurum.

Tres h. referri solent opiniones, idæ extreme, & veritia veluti mediæ; Prima extrema asserit voluisse Deum humanita-

tem assumi à Verbo propter remedium peccati duntaxat, itaue si Adam non peccasset Verbum de facto incarnatum non fuisset: Itæ D. Thomas 3. part. qu. 1. art. 3. & in 3. dist. 1. qu. 1. art. 3. & cum eo Thomistæ omnes, ac plurimi Societatis Theologi, Caiet., Medina, Capreolus, Ferrarientis, Molina, Valentia, Valquez, Beccanus Bonacina, Curiel, Lugo, Bernaldus, Amicus, Arriaga, Cornelio, Ragula, Tannerus, Orlandus Meracius, Pasqualigus, Calpensis, & alii Secunda sententia extrema asserit finem primarium, & præcipuum incarnationis fuisse excellentiam ipsius mysterii, & manifestationem bonitatis Dei, aliorumque eius actorum secundariurum verò redemptionem generis humani, ideoque hoc sine deficiente, quia tamen adhuc primus remansisset, Verbum adhuc fuisse incarnatum: ita Alexius 3. p. qu. 1. memb. 13. Albertus Magnus 2. dist. 1. art. 4. & D. Bonav. dist. 1. art. 2. qu. 2. quamvis oppositam tenent, hanc tamen rationabilem vocat, & subuliorum Scotus ex professis 3. dist. 7. qu. 3. & dist. 19. qu. unie. & cum eo Scotiæ omnes, tam veteres quam recentes, Tarret., Licher, Mairon, Fabr., Rada, Vulpes Bellurus, Poncius, Gallus, Arctinus, Centinus, & alii Nocerit., ut Baldius, Morandus, & præceteris egregie doctissimus Arctinus in Apoc. vel. 5. excur. 4. & 5.

Tertia sententia mediæ est quorundam Recentiorum, qui ut saluarent testimonium Scripturæ, & Patrum, pro utraque parte militantium, dixerunt vi presentis decreti, ita Verbum incarnatum, ut adhuc cessante peccato, & sine redemptionis venire non quidem ex vi eiusdem decreti, sed alterius, quod factum esset data hypothet., & in hoc sensu explicant Patres asserentes Adam non peccante Christum non venturum, itæ Suarez, Hurtadus, Granadus, & Aueria, qui specialiter ulterius

ulterius opinatur, ut hanc opinionem statuit mediã, Deum in primo signo decreuisset ante præuisionem peccati communicare se nature rationali præscindendo à natura Angelica, vel humana, immediate, & proxime ob gloriam suam, & ob manifestandam exitum suam bonitatem per hunc excellentissimum communicationis modum; post præuisionem verò peccati determinasse assumpere naturam humanam in carne passibili; undè absolute ait dicen dum de facto, quando specialiter determinauit naturam humanam assumere, hoc factum fuisse primo, & principaliter, sed immediate, & proxime ob finem nostræ redemptionis à peccato, & hoc modo saluar omnes auctoritates asserentes remedium peccati fuisse motiuum aduentus Christi, ita discurret q. 3. sct. 2. & 4.

ARTICULUS PRIMUS.

Decretum incarnationis præcessit uisionem peccati.

Hæc est prima conclusio per decisione quæstii, quæ adò cetera est, ut in eam descendant plures ex Auctoribus etiam primæ sententiæ: Fundamentum est, quia Christus prædestinatus fuit ante uisionem cuiuscumque peccati, & ante uoluntatem permitendi illud, ex quo necessario sequitur decretum incarnationis Christi fuisse prius secundum rationem uisionis peccati Adæ, eo modo quo assignari digne potest ordo prioris, & posterioris in actibus diuini intellectus, & uoluntatis modum iam explicato lib. 1. tract. de Intellectu, & uoluntate Dei: Quod autem Christus prædestinatus fuerit ante præuisionem peccati probatur omnibus illis Scripturæ locis, quibus significatur Christum fuisse prius prædestinatum, ut Proverb. 8. Dominus possedit me ab initio uiruarum iuarum, quem locum plures Patres exponunt de sapientia incarnata, unde Sepuaginta legunt, Creauit me initio uiruarum iuarum. Et ad Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundum constitutionem, & ad Hebræos 8. Quos præseuicit, & prædestinauit conformes fieri imaginii filii sui, ut ipse primogenitus in multis fratribus. Et ad Colossens. 1. uocatur Christus primogenitus omnis creaturæ quoniam in ipso condita sunt uniuersa omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes Ec. 1. Corinth. Omnia uesta sunt uos autem Christum, Christus uero Deus fuit ergo Christus prædestinatus esse caput omnium prædestinatorum, iam prædestinatus fuit ante præuisionem peccati.

Respondent alij, prædicta loca intelligenda esse de Verbo ipso, vel de Christo, quatenus Deo. Sed contra est, quia in primo loco non diceretur Dominus creauit me, quia Pater non dicitur Dominus Verbi, ut Deus est, sed ut homo, nec Verbum dici potest creatum; Tùm quia omnia loca ex Apostolo allata Concilio Ephesum tom. 1. cap. 4. in Epistola Cyrilli intelligit de Christo, ut homine; Et Concilio Sardicen se p. ad omnes Episcopos ly primogenitum, exponit de Christo homine; & eodem modo exponuntur hæc loca à pluribus Patribus, quæ sanè expolitio conformiter est textui Apolliti expressè loquentis de Christo, ut homo est. Respondent secundo alij Christum esse primum, & caput omnium prædestinatorum, non ordinetur casualitatis, sed dignitatis, & excellentiæ. Sed contra est, quod Scripturæ locis citatis non loquitur solum de creaturis à Deo productis, sed etiam de productionibus ipsarum, & de ordine casualitatis. secundum prius, & posterioris, & in hoc sensu inquit Christum omnia præcessisse: ergo fuit primò inter omnes creaturas electus, tam ordine excellentiæ, quam casualitatis. Tùm quia Apollitus loc. cit. quod omnes sint prædestinati ad exemplar Christi, & ipse sit primogenitus inter omnes ex eo deducit, quod Omnia in ipso, & per ipsum condita sunt, quæ planè præis non tantum indicat primatum excellentiæ, & dignitatis, sed etiam casualitatis.

Respondent tertio alij, Deum, antequam uultum prædestinare uideat peccatum futurum, pro præuio Christum prædestinatum in remediu peccati, & postea cæteros, & hac ratione dicitur caput, & primum inter prædestinatos. Sed contra, quia si Christus prædestinatus est in remediu peccati Adami, & posterorum iergo iam Deus uolbat: eorum salutem, & ex intentione talis fuit assumpti tale mediũ, ergo iam illi erat primò prædestinari, & postea Christus, ne eorum prædestinatio suo sine frustraretur. Respondent quarto alij Christum ante omnes creaturas fuisse uoluitum, ut causam omnium, tam quoad prædestinationem, quam quoad productionem, non quidem intentione efficiaci, quia primò uoluerit Christum producere, quia hæc lœtura est præuisionem peccati, sed simplici affectu, & uoluntate antecedenti, quo patet dat omnibus Deus auxilia sufficientia propter beatitudinem, quam solum uoluntate antecedenti uult omnibus uis ueriliter, non autem efficiaci, nisi electis tantum. Sed contra, quia hæc expositio textui ipsi iam adducto aduersatur, in quo sit sermo de uoluntate efficiaci, non autem inefficaci dũm enim dicitur Dominus possedit me, seu creauit, sermo est ibi

de decreto condendi omnia, quod utique ad uoluntatem spectat efficientem; & pariter dicitur, Christum produisse primogenitum ante omnem creaturam, & esse primogenitum in multis fratribus, & constitutum esse caput corporis Ecclesiæ, & causam exemplarem nostre prædestinationis, hæc planè saluari nequeunt per solum simplicem affectu, sed sunt effectus uoluntatis efficiaci.

Respondent quinto alij, in eo eodem signo rati omis Deum uoluisse Christum, ut finem rerum omnium, quæ eius uoluit omnia referri in gloriam Christi & honoris; & simul uoluisse illum in remediu peccati in eodem signo præuio sciencia uisionis; Undè sequitur, quod si peccatum non fuisset, Verbum non fuisse incarnatum, quia ita est uolita incarnatio, ut finis, ut in eodem signo sit uolita connexa cum remedio peccati; potest autem aliquid esse prius alio, & necessario annexum cum illo, ut Pater est prior filio, necessario tamen connexus cum illo, & finis est prior unico medio, & adhuc necessario connexus cum illo. Sed Contra, quia si incarnatio prædestinata fuit propter remedium peccati, ita ut hoc sit causa motiua incarnationis, nedum intervenit connexio, sed etiam uera ratio finalitatis, & consequenter neque ordine finis incarnatio esse prior, nam lub ea ratione, quia aliquid est finis, nequit esse mediũ, atque ideo si incarnatio fensit propter peccatum tollendum, nequit ullo modo esse finis eiusdem. Et quamuis aliquid esse possit prius alio, & adhuc necessario connexus cum iplo, ut dicunt allata exempla, hoc tamen non habet locum in proposito, quia cum incarnatio sit uolita propter remedium peccati, iam non potest esse prior eo ordine finis, & intentionis. Accedit, quod etiam in exemplis allatis unum non dicitur esse necessario connexum cum alio ea ratione, quæ est prius alio, quia prius, ut prius, est absolutum, & independentes à posteriori, ex 5. Metaph. cap. de priori; Undè Pater, quæ ratio ne est necessario connexus cum filio connexio reuatiua, dicitur esse simul natura, sed naturalit existentiã cum iplo, & dicitur eo prior prioritate originis, non nature. Vide Radam 3. p. controu. 5. art. 3. notab. 4. ubi hanc rationem ex reuatiua auctoritate Rupertus Abbatis lib. 3. de gloria, & honore filii hominis in Martham, & Cyrilli lib. 5. Thelauri cap. 3. in quadam disputatione contra Arrianos habita.

Secundo probatur ratione, quia uerissime est illam modum seruatum esse a Deo in prædestinatione Christi, qui magis conueniens fuerit excellentie Christi iuxta regulam Doctoris; dist. 13. q. 1. In commendando Christum malo excedete, quam deicere à laudo filii debita, si propter ignorantiam oportet in alterum incidere, sed prædestinatio Christi ante omnẽ creaturam est magis e conueniens, & rationi consentanea, ergo, &c. probatur minor, quia Christus fuit causa finalis, & exemplaris omnium prædestinatorum, nam ut inquit Apollitus, elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, sed ab eorum prædestinatio præcedit præuisionem casus Adæ, & præscitum de Adam negari nequit, quod per se electus fuerit ante originale peccatum, & ad gloriam ordinatus fuerit à Deo, antequam casum eius præuiderit; ergo multò fortius uoluit anime Christi gloriam, quàm quædam Adæ uideret, nec enim uerissime uideatur, inquit Doctor, prius Deum præordinasse Adam ad tantum bonum gloriæ, quam Christum. Confirmatur, quia iuxta hanc doctrinam recte salutaris Christum fuisse primogenitum, & initium totius creaturæ; ac simul fuisse causam meritoriam totius gratiæ, & gloriæ, quam Deus contulit hominibus, & Angelis, quod in opposita sententia saluari nequit: cum enim asserat Christum prædestinatum esse pot peccatum Adæ, & Angelorum, consequenter asserere tenetur, gratiam primis parentibus collatam in hanc innocentem, & gratiam, & gloriam Angelis collatam non esse ex merito Christi, ut gratis concederet; Valquez, & alii eiusdem sententiæ fautores. Denique incarnatio Verbi non est uolita occasione peccati, sed propter se ipsam, sed quia per se est aptissimum opus ad communicandum, & manifestandum diuinam bonitatem, ut sepius inculcat Doctor; ergo prius fuit uolita, quam peccatum præuisionem originale, quod occasionaliter fuit inductum.

Respondent Thomistæ, Christum fuisse prædestinatum prius in genere causæ finalis, dependenter tamen à peccato præuio sciencia uisionis in genere causæ materialis, & idè licet uoluntas incarnationis præcedat in genere causæ finalis permissionem peccati, in genere tamen causæ materialis, permisso peccati fuit prior, quatenus illius uoluntatis fuit occasio. Sed re uera hic nulla ratio causæ materialis fingi potest, ut bene inquit Rada, nam si peccatum occasio incarnationis fuit, potius ad causam finalem reuocanda erit hæc casualitatis, quam ad materiallem, quia esse occasionem, nisi aliud importare uideatur, quam Deum mouere ad peccatum remediũ, quod rationem finis habet; repugnat ergo dicere, incarnationem esse in ratione finis fuisse simpliciter priorem, peccatum uerò præcedisse in ratione occasionis, cum hoc etiam ad rationem finis peccati. Nititur Amicus dist. 7. sct. 2. hanc corrigere, & fulture responsionem dicens, Christum prædestinatum esse finem creaturarum caput-

capitulaque, & exemplar omnium predestinatorum dependenter...

10 Verum hanc scientiam mediam in Deo non dari antevertem...

11 Tertio probatur ratione Scoti 3. dist. 7. q. 3. et dist. 32. omnis...

12 Respondetur aliqui Christum esse medium magis conducentis...

13 Quarto tandem probatur ex ordine divine providentie quem...

predestinatus non solum ad gloriam, sed etiam ad inonem hyp...

At Contra hunc ordinem divine providentie ad Scoto statu...

Ceterum hic ordo a Caiet. excogitatus divine providentie 15...

16 Dices, etiam in ordine intentionis decretum de existentia...

17 Potius igitur totum argumentum concedendum est, & dican...

bis; per naturam non debet intelligi natura substantialis creatu...

18 Postremo Averla quod 6. scilicet ad probandum decretum In...

19 Dices cum amico, & aliis saltem in hoc sensu decretum in...

re Deo predestinatum fuerit, ut exerceat actualiter Redemptoris...

Rursus instat Amicus, postea scientia conditionata omnium, 30...

Respondetur ordinem huic divine providentie, & predesti...

admiris, scilicet, Christum fuisse predestinatum prius in genere causis finalis; dependenter tamen a peccato per visio scientia visiois in genere causae materialis; ita neque debet admittere secundum.

ARTICULUS SECUNDUS.

Christus non fuit primo predestinatus, ut Redemptor.

Hic est secunda conclusio, quae sequitur ex precedenti, & sensus est, Christum non fuisse predestinatum in eo primo modo ad substantiam Incarnationis spectante, ut Redemptorem hominum; ante permissionem, ac propriam, & absolutam previsionem peccati, sed solum post peccatum permisum, & praevisum, ut absolute futurum; sed in eo signo fuit Christus predestinatus, ut iustificator, & glorificator hominum, & ut caput omnium predestinatorum. Est Scioc. loc. cit. & omnium Scotistarum ac etiam Auctorum tertie sententiae, & sequitur ex precedenti assertio quia redemptio dicitur ordinem, & lapponit peccatum ergo si primum Incarnationis decretum quoad substantiam praecessit visionem peccati, ut absolute futuri, ut iam probatum, est sequitur ante previsionem peccati Christum non fuisse electum, ut Redemptorem per passionem, & mortem suam; Deus enim non prius voluit Christum venire passibilem, & mortalem, quam voluerit permittere peccatum, illudque propria, & absoluta scientia visionis praevident.

Confirmatur, quia Christus, ut Redemptor, & passibilis, praesupponit visionem peccati, ergo ante visionem illius non potuit Christus praedestinari tali modo. Demum medicus, & medicina a nullo prudens praeparatur, nisi propter morbum presentem, vel futurum; sed Christus in carne passibilis, & ut Redemptor per mortem, & passionem est medicus, & medicina; ergo non potest esse se ipso voluitus, & intentus a Deo ante visionem peccati.

Respondet Orlandus tract. de Incarn. dist. 3. q. 2. ad hoc quod in illo primo modo fuerit Christus praedestinatus, ut Redemptor non est necessesse, quod praecesserit scientia visionis peccati, sed quod cogitatur absolute futurum, sed factus est cognoscit, ut futurum sub aliqua conditione, neque aliud concludit probatio antecedens, quod declaratur exemplo praedestinationis nostrae; Deus enim voluit dare gloriam hominibus, ut coronam, & ut primum antecedenter ad visionem meritorum sed solum cum conditione scientia illorum; pariter ergo in suo casu poterit Deus velle Christum esse Redemptorem ante scientiam visionis peccati, sed solum cum conditione scientia, quia non minus dicitur ordinem primum ad meritum, quam redemptio ad capitulationem. Sic pariter ad ultimum negat maiorem, & est vulgare exemplum de Rege, qui mittit exercitum & antequam illud mittat, providit de medicis, & medicamentis, si forte milites incidant in morbos, aut vulnerentur, sic ergo Deus praevident scientia conditionata futurus esse in mundo languores peccati, providit Christum, ut medicum, & curatorem, si forte homines caderent in peccatum, quod deducit ex Cyrillo iam citato lib. 5. Thesaur. cap. 8.

Hec responsio refellitur ex dictis in fine articuli precedenti, quod occasio peccati solum praevista, ut conditionate futuri, neque esse motuum absolute ferendi remedium, sed tantum conditionate, quatenus opus fuerit, atque ideo ex hoc solum concludit non sufficit rationabiliter Christum in eo primo signo decerni Redemptorem, veluti in actu primo, quoad potestatem & sufficientiam, quatenus tantae dignitatis praordinatus est, ut eius opera sufficientissima esse possent ad remedium, si oporteret, non autem exercite, aut in actu secundo, quia irrationabiliter applicaretur actu remedium, ubi nullum cerneretur actu imminere periculum; Neque ad id sufficit praevio mali possibilis, vel conditionate futuri, nam dixit Christus ipse non esse opus medico bene se habentibus, sed male; quod si ad medicum indigentiam succurreret praevio mali possibilis, vel conditionate futuri, tunc etiam opus esset medico bene se habentibus, quia ipsi quoque supposita hac, vel illa conditione male se possunt habere; exemplum vero ex nostra praedestinatione sumptum iam retortum est supra n. 10. Neque etiam facit ad rem exemplum de Rege adductum, nam ex eo Rex potest habere illum modum providentiae, quia timet, vel conaturaliter cognoscit morbos aut vulnera militum non esse autem talis timor, aut scientia modus est in Deo, unde nec talis imperfectus providentiae modus est in eo admittendus, quod facile Orlandus, quod si Rex haberet evidentem scientiam vulnerum, aut morborum futurorum, posset utique prudens praeparare medicum, & medicina a primaria intentione, cum ergo Deus evidentem scientiam conditionata cognoscat futurum hominum peccatum, potest optimo prima intentione Incarnationem Christum, ut medicum, & medicinam praeparare. Verum hanc scientiam conditionatam, quia Deus certo futuro cognoscit: ante omne decretum divine voluntatis, suo loco reticimus lib. 1. sententiae, & ideo cum ea scientia con-

ditionata, quam appellant mediam, plures, & inextricabiles continere difficultates, nec in Scho-la Thomistarum, nec Scotistarum admittitur, minus prudentem ad tali scientiam mysterium Incarnationis ponitur dependens, & per eam explicatur, cum alii modi non desint illud digno explicandi. Deinde admissa scientia conditionata in sensu digno, quo admitti potest post decreta conditionata divina voluntatis, non potuit dependere ab ea Christus in eo primo signo praedestinari hominum Redemptor exercite, & in actu secundo, sed tantum signat, ac veluti in actu primo modo iam explicato; idque tantum innedebat Cyrillus lib. 5. Thesauri cap. 8. ut constat ex similitudine Archidecti, quam adducit, iam explicata n. 18.

Secundo principaliter probatur, quia si Deus predestinasset mortem Christi ante permissionem peccati, solum quae praevideat scientia conditionata fore, ut si Adam in tali rerum ordine crearetur, & cum talibus auxiliis, esset peccaturus, si renatai permittetur, ut dicitur Revenore, eadem ratione idem dici potest de morte nostra, qua non minus mors Christi fuit pena peccati nostri, quam nostra mors, consequens est fallum; ergo & probatur minor, quia Deus non predestinavit absolute & efficaciter voluntate mortem Adae, & posterorum, nec ut isti nascerentur passibiles, & mortales, donec permisit, & praevideat peccatum absolute futurum; non enim quia Deus voluit mortem Adae, & posterorum, ideo permisit eis peccatum; sed e contra, quia vidit lapsum eius absolute futurum, ideo voluit, ut mortem puniretur, iuxta illud Gen. in quantum hora condescit ex eo, morte morieris; ergo nec mortem Christi absolute predestinavit sola praevisione peccati, ut conditionate futuri, sed absolute futurum; ergo in eo signo, quo Deus ante originale peccatum omnes electos predestinavit, non fuit in eo signo definitum, quod esset nasciturus mortales, aut mortem subituri, vel immortales, nisi forte sub conditione, scilicet, si Adam peccasset, nasciturus mortales, si vero non peccasset, nasciturus immortalis; ita pariter dicendum est in proposito de Christo, quod ex praevisione peccati, ut conditionate futuri, poterat solum decerni, quod nasceretur mortalis, & passibilis, non quidem absolute, sed tantum conditionate, si nempe Adam peccasset, & immortalis, si non peccasset.

Confirmatur, quia peccatum Adae, ac indigentia humanae naturae fuit ratio, ob quam Christus, ut passibilis, & Redemptor est ordinatus, ergo ante permissionem, & praevisionem peccati, ut Redemptor, & passibilis predestinatus non fuit; probatur consequentia, quia in voluntate Dei prius est finis, quam a medium, aut permissio peccati non est finis passionis, & mortis Christi, sed e contra potius finis unicus & proximus eius fuit remedium peccati; aliter non esset predestinatus Christus passibilis propter remedium peccati, sed potius peccatum fuisset permisum, ut Christus haberet, quod per suam passionem curaret; Nec fatuus d. cast. ad hoc sufficit praevisione peccati, ut futuri sub aliqua conditione, ut dicebat Orlandus adducens exemplum ex nostra praedestinatione. Nam potius id ostendit oppositum, ut dictum est n. 10. sicut enim ob meritum, vel demerita solum ex aliqua suppositione futura nullus a Deo delinatur absolute ad gloriam, vel penam, sed tantum ob merita, vel demerita praevista, ut absolute futuri ita in proposito, quia mors Christi fuit pena nostri peccati non minus, quam sit mors nostra, non potuit absolute decerni, ut futuri, ob peccatum Adae solum sub conditione futurum, sed ad hoc debuit omnino praevideri, ut absolute futurum, nec sufficit sola praevisione conditionata ad tale decretum absolutum de morte, & passione Christi ferendum, quare remaneat, ut pro illo primo signo fuerit Christus praedestinatus, ut iustificator, & glorificator, & nostrae salutis Auctor, abstrahendo a modo, quo venturus esset passibilis, vel impassibilis.

Respondet Amicus n. 91. negando paritatem, quoniam gloriam, & damnationem decernit Deus, ut premium, & poenam; premium autem, & poenam supponunt meritum, & demeritum praevisionem scientia visionis formalis, quia supponunt illas, ut causas meritorias, propter quas Deus movetur ad premium, vel ad poenam decernendam, causa autem meritoria non movetur nisi ut praevisa absolute futuri, quia non movet, nisi praevisa, ut exhibita in honorem, vel iniuriam praemianis, vel punitionis; Christus vero Redemptorem decernit Deus dependenter a peccato solum, ut a conditione sine qua non condicio autem non debet necessario praevideri, ut absolute futuri, sed solum ut quocunque modo praevideatur, quia non debet meritoque movere agens. Sed haec sunt pura verba, quae facile refelluntur ex modo dictis, quia mors Christi fuit poena nostri peccati & ergo si poena, ut absolute decernatur, supponit demeritum, ut absolute futurum, & praevisionem scientia visionis formalis, ut concedit Amicus, iam mors Christi non potuit absolute decerni in poenam, sed poenam satisfactionem nostri peccati, nisi praevisa scientia visionis formalis, ac ut absolute futuri; Ex quo etiam patet fallum esse Christi mortem fuisse decretam dependenter a peccato solum, ut a conditione sine qua non & imo peccatum

tum intervenit, ut causa demeritoria, unde Deus motus est ad volendum satisfactionem media, Christi morte, & passione.

Tertio probatur, quod non potuerit mors, & passio Christi primaria intentione decerni, ac proinde quod in eo primo signo non fuerit predestinatus, ut Redemptor, quia in hoc incarnatio differat a passione, & morte Christi, quod incarnatio est propter se amabilis, itanquam finis aliorum operum Dei, passio vero, vel mors Christi, non propter se, sed in remedium peccati, & ut medicina; ac nunquam medicina est propter se voluta, & praedestinata, sed solum occasione ex morbo, vel infirmitate; ergo Incarnatio fuit ante praevisionem peccati, mors vero post praevisionem, & Christus, ut medicus, & medicina nostri peccati, non potuit esse primo voluitus, & praedestinitus a Deo.

Respondet Orlandus hoc esse discrimen inter medicinam corporalem, & spirituales, qualis est Christus, quod medicina corporalis, ut plurimum non habet aliquid, ratione cuius sit propter se appetibilis, sed solum habet rationem utilis in ordine ad sanitatem, & ideo non inciditur, nisi occasione sumpta ex morbo; Ceterum Christus est medicus, & medicina nostrorum malorum, quod simul fit propter se appetibilis, ut honorandus, & glorificandus, quia est finis sui, & redemptio, per quam exaltatur, & glorificatur finis sui, & ideo potest esse primo voluitus in intentione, ut honorandus, & exaltandus propter redemptionem nostram, quae est doctrina Valquez, Amici, & aliorum Recentiorum dicentium gloriam, & exaltationem Christi fuisse finem nostrae redemptionis, redemptionem vero nostram finem Incarnationis, incarnationem vero medium ad utramque, proximè quidem ad redemptionem, & salutem nostram, remotè vero ad Christi gloriam, & exaltationem voluntatem dependenter a peccato praevio.

Sed nulli dubium est Christum esse ita medicum, & medicinam nostram, quod simul est propter se appetibilis, & potest esse primo voluitus in intentione, ut honorandus, & exaltandus; ac duplex adverti debet gloria, & exaltatio in Christo, una primaria, ac veluti substantialis, quae illi obvenit ex ipsa mysterii excellentia per unionem hypostaticam, quae exaltata est humanitas Christi, de qua exaltatio loquitur Apostolus 1. Cor. 2. dum inquit loquitur sapientiam, qua in mysterio abscondita est, quam praedestinavit Deus ante saecula in gloriam nostram, ideo, ut nostram naturam extolleret, & exaltaret; alia secundaria, ac veluti accidentalis, quae illi obvenit ob redemptionem nostram, de qua etiam loquitur Apostolus, cum dixit factus est obedientis usque ad mortem, propter quem Deus exaltavit illum, haec inquam, & accidentalium eius laudem ei debita ob tantum beneficium nobis factum, quale est redemptio nostra; dicitur etiam secundum quia Christi anima, & eius gloria, magis a Deo diligitur, & maioris est valoris, quam omnes praedestinati; ergo primaria censeri debet illa, quae illi immediate obvenit ex ipsa mysterii excellentia, haec vero secundaria, quia convenit ei dependenter a nostra redemptione; atque ideo fuit primo voluitus in intentione, ut honorandus, & exaltandus per ipsam mysterii excellentiam, quam per redemptionem nostram. Et in hoc etiam sensu vera est illa Recentiorum doctrina, quod gloria, & exaltatio Christi fuit finis nostrae redemptionis, loquendo nimirum de accidentalibus, & secundaria, non vero de essentialibus, & primaria; & in hoc etiam sensu verum est Incarnationem fuisse medium ad utramque, quatenus in posteriori signo fuit ordinata, praevio peccato, per voluntatem in nostram redemptionem, cum quo adhuc stat, quod in priori signo fuerit per se amata, & intenta ob propriam bonitatem, & excellentiam mysterii; siquidem nimis durum videtur asserere, quod praestantissimum, & perfectissimum opus a Deo factum ad extra, non sit propter se volitum, & intentum, sed praecipue propter alium finem longe inferiorum. Et quavis verissimum sit, Deum posse id, quod perfectius est, ordinare ad aliquid minus perfectum, sicut etiam homo potest actu charitatis ordinare ad imperandum castitatem, & sic pariter potuisse Incarnationem, quae secundum se perfectior est longe quam sit nostra salus, ad eam ordinari, imo de facto sic ordinasse, non tamen cogitur dicere, quod in omnino primo signo praedestinationis Christi fuerit Incarnatio sic ordinata, quia in nullo proprio signo fuerit unquam propter se amata, ac intenta, ut volunt Adversarii, imò potius verissimum est fuisse in priori signo, ac prima intentione propter se amatum, & intentum, & in posteriori signo, permissio, atque praevio peccato, fuisse etiam amatam, & per voluntatem ordinatum in nostram redemptionem.

Quare probatur, primarium, & principale motivum incarnationis quoad substantiam fuisse excellentiam ipsam mysterii, ut nempe per illum exaltaretur natura humana in Christo, & si manifestaretur summa Dei bonitas, aliaque eius divina attributa per adducta excellentiam, & excellent communicationis modum ad extra; secundarium vero, & minus principalem redemptionem nostram a peccato; Probatur, inquam

Med. Tomus Tertius.

pluribus Scripturae locis, ita enim Christus ipse significavit lo 7 cum Patrem alloquens ait ego se clarificavi, & quae consummavi quod dedisti mihi, ut faciam, & subinde explicans, quo modo ipsum clarificaverit, & opus impositum consummaverit, subdit, in vultu meo vultum tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo; Ex quo constat, quod praeterit ad manifestandum divina attributa, & Triunitatem personarum, Verbum carnem induit, imò, ut Bellulus advertit, id ipsum convincitur ex illis eisdem locis, quae nobis Adversarii obiciere solent, siquidem in eis non solum redemptio proponitur pro motivo, & fine Incarnationis, & adventus Christi, sed & gloria Dei, & manifestatio attributorum eius, praeteritum vero potentiae, misericordiae, & iustitiae ipsius, & haec quidem, ut causa principalis, & primaria, illa vero concomitans, & secundaria; ita 1. Cor. 4. Ex ipso autem noscitis in Christo) esse, qui factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, quibus innuitur, quod si Adam non peccasset, Christus non fuisset nostra redemptio, adhuc tamen fuisset nostra iustitia, & sanctificatio, quatenus ex meritis ipsius de condigno merebamur coronam gloriae, & alia dona supernaturalia, atque ita si non venisset, ut Redemptor, venisset, ut iustificatio, & glorificatio; haec quoque diverbia motiva, & cum eadem subordinatione inveniuntur in Zaccharia in suo Cantic. Benedixit Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebi suae, itaque quod si peccatum non fuisset, utique redemptionem non fecisset, nihilominus adhuc visitasset, & de facto prius visitavit, prioritate nempe intentionis, deinde redemptionem fecit; Et tandem hoc idem indicant verba Symboli, quae ad rem venient contra nos Adversarii, ut ergo loquitur propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Caelis, quibus curus significatur, quod peccato sublato adhuc descendisset, non quidem propter nostram salutem, hoc est a peccato liberationem, sed propter nos homines, scilicet, ad exaltandam, & glorificandam naturam nostram, & de facto descendit, & incarnatus est prius propter nos homines, & concomitantem propter nostram salutem.

Quintò tandem ex his deducitur primum motivum, & finem Incarnationis secundum substantiam fuisse excellentiam huius mysterii, & alia bona, quae ipsum per se consequuntur, praedistincto a peccato; loquendo vero de modo Incarnationis, scilicet, in carne passibilis, fuisse remedium peccati, quavis enim hoc in ordine ad Incarnationem consideratam secundum substantiam fuerit secundarium, & minus principale motivum, ut dictum est in ordine tamen ad eandem secundum modum consideratam, quo de facto contingit, est primum, & principale, imò unicuique, & adequatum, prima namque & adequata ratio, propter quam Deus voluit Christi passionem, & mortem, scilicet, incarnationem in carne passibili fuit nostra redemptio, sed remedium peccati; Et hoc quidem pacto explicare solent passim Scotistae testimonium Patrum, & Scripturarum absolute dicentium, Christum venisse ob redemptionem nostram, imò non venturum, nisi homo peccasset; Quavis enim ita absolute loquantur, & interdum omne aliud motivum excludant, intelligendū tamen, tamen auctoritates illae in tra subiectam materiam, de qua loquuntur, nempe de Incarnatione prout de facto executi fuerit, hoc est cum modo passibilis, sic enim loquendo Patres, & causam incarnationis, non quoad substantiam, sed quoad modum, & circumstantiam, quatenus, scilicet, facta est in carne passibilis, & circumstantiam suam, dici etiam potest, redemptionem fuisse causam finalem incarnationis secundum utramque rationem, nempe tam quoad substantiam, quam quoad modum, & circumstantiam, ita ut Deus non solum modum Incarnationis in carne passibili, prout communiter explicant Scotistae, sed etiam absolute, & simpliciter ipsam incarnationem, prout modo de facto effecta est, voluerit propter nostram redemptionem, & in remedium peccati; Tam quia sit tantum in carne passibili venit in remedium peccati, tunc peccati remedium fuisset finis tantum modi veniendi, non autem veniendi simpliciter, ut in Scriptura, & Patres dicunt Christum venisse in remedium peccati simpliciter, & absolute loquendo, ergo assignant causam sic loquentes non tantum modi, vel sic veniendi, ut aiam Scotistae, sed veniendi simpliciter; Haec de causa quam plures Recentiores sententiam nostram amplecti, dicitur, supposito peccato, remedium fuisse causam adventus Christi simpliciter, & non tantum quoad modum, quod est dicere redemptionem nostram de facto fuisse causam incarnationis, non tantum quoad modum, scilicet, passibilitatis, sed etiam quoad substantiam, ita Suarez, Baldus, Morandus, & ex nostris etiam Arcinius, Gallus, Centinus, Bellulus, & alii. Neque id est a Scoto aliquum, quando dixit, remedium peccati fuisse incarnationis

O 2 motivum

motium quoad modum, non quoad substantiam, quia ut notat Bellarmus...

34 Quoniam vero sic dicendo, afferimus voluisse Deum Incarnationem...

35 Ad hanc difficultatem, quidam Auctores tertie opinionis medicam...

quidem resultantia sequitur impassibilitas corporis, hoc tamen decretum...

Ceterum, cum postea divina voluntas in posteriori signo permiserit peccatum...

Sed obicit Orlandus loc. citat. probans in primo signo, quod Christus est...

ARTICULUS TERTIUS.

Et ex prima electione, ac predestinatione Christi adhuc in mundum...

Christus in primo sine electione, & predestinatione signo non fuit volutus...

39 Respondent Auctores prime sententie adherentes Christum post provisionem...

40 Auctores vero tertie sententie, etiam si sentiant Christum predestinationem...

Hec etiam solutio nungent ex dictis refellitur, nam illud decretum de Incarnatione...

Secundo probatur, quia Christus fuit predestinatus ut glorificaretur, per quem...

Respondet Aversa concessio antecedente negando consequentiam, quamvis...